Quelle: https://manuscripta.at/?ID=128
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Incipiunt topica boecij.

Hanc ratio dis serendi: quam logicen ciceronis appellauerunt: in duas distribuitur partes. inueniendi unam alteram iudicandi. Et ea quidem pars que iudicium purgat atq; instruit: ab illis analitice uocata. a nobis potest resolutoria nuncupari. Ea ue que inueniendi facultate ministrat: a grecis topice a nobis locaria dicit. Ac de illa quidem parte que iudicandi magistra: alias disputabitur. Nunc uero apice silui: quid sint loca. Que hoc differentie quam quib; aptis sint sillogismis. Nec id simplice atq; uniformiter uidetur esse faciendum. uerum duplex: tradenda partitio. Vna quidem ex grecis uoluminib; ereuta: altera uero ex marci tullij topicis sumpta. Atq; in his illud ad perfectionem speculationis: astruendum. ut quib; utq; diuisio differat: quib; conueniat explicet. Quoniam altera alteram uicissim possit includere. Et nunc quidem non in singulis intermorabimur. si de tota diuisione communiter differemus. locorum tantum ex quib; argumenta nascuntur diffinitiones. exempla. differentias q; collegerunt. Singula uero diligentius per quinque opis. ut octo his uoluminib; expedita sunt in quib; aristoteles topica. in latinam uertimus oratione. Vt his septem quib; in. cy. tullij topicis lucem plene expositionis infudimus. Illic et cuncta sunt perpetis atq; enodatis partib; expedita. hic uero quia alias per membra patefacta sunt. communi speculatione tractantur. Hec dialecticos solum locos. si; rethoricos etiam. Quod ue hi inter se differant atq; a dialectica: cura: exequendi. Vt omnib; undiq; locis plena consideratione proposita: eorum q; inter se differentiis et communitatibus; proprietatis: et argumentorum copia copulentur. et clara locorum possit esse distinctio. Vt et cuncta perspicius rationib; constet. paulo altius ordiendum:

Propositio est oratio uerum falsum ue significans. Vt siquis dicat celum uolubile esse. Hec enuntiatio et proloquium nuncupatur.

Questio uero: in dubitationem ambiguitatem q; adducta propositio. Vt siquis quaerat an sit celum uolubile.

Conclusio: argumentum uel argumentis approbata propositio. Vt siquis ex aliis rebus probet celum esse uolubile.

Enuntiatio quippe: siue sui tam